

pecies intelligi-
cujus rei, prae-
cognoscendae
asinate per in-

quam rem sibi
etitus :

potentia qua ens
prehensum.

Potentia qua
one apprehen-
voluntas.

s et irasci-
l consequenda
s, et ad refu-
da ea quae aut
erunt. Appe-
lum *simpliciter*
nus autem fer-
licitur irasci-
t causas quae
n, vel malum
etitus concu-
micis causata

partis sensi-
nali. Appeti-
, nempe : A-
dium (volup-
ascibilis quin-
or, ira.

LIBERTAS. Ens perfecte liberum illud est, quod neque ab alio pendet ad agendum, nec tenetur ad agendum pro alio. Notio absolutissimae illius libertatis non nisi Deo competit. Libertas, prout in creaturis invenitur, est potentia qua quis ita movet seipsum, ut actus sui causa sit et dominus; vel brevius: libertas est potestas eligendi inter plura; qui enim inter plura eligit, actus sui causa et dominus est. Dividitur libertas in libertatem a coactione et libertatem a necessitate, et iterum in libertatem contradictionis, contrarietatis et specificationis.

Libertas a coactione. Immunitas ab omni vi extrinsecus illata contra voluntatis propositionem. Hac ex. gr. libertate caret qui catenis vinc-tus trahitur ad supplicium.

Libertas a necessitate. Immunitas ab intrinseca determinatione ad unum. Ita nemo liber est circa bonum in genere sive beatitudinem, quia ad id appetendum natura ipsa determinatur.